



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De laude scripto[rum] pulcherrimus tractatus d[omi]ni
Joha[n]nis tritemij abbatis Spanhemensis ordinis sancti
benedicti de obserua[n]tia burßfelden[sis] ...**

Trithemius, Johannes

Maguntinu[m], 1494

De differe[n]tia scriptor[um] et opusculor[um] noibus xii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31333

24
deuotione scribendis libris studium impendamus. **E**t
hoc non solum nos instruimur: sed etiam futuris longepost
nos materiam edificationis preparamus. Non minus scrip-
tor docet bona scribendo: quam predicator sancta predicando.
Et quod illi licet: istum quis prohibet? **E**t sicut iam dixi-
mus fratres studiosi presertim festis diebus, suis deuotioni-
bus consulentes, codicillos suos rapiarios confidenter
possunt scribere: nisi ut dictum est obedientia aliud precipiat
operari. In omnibus autem his serenanda est intentio precia-
pientis: regulanda etiam deuotio scribentis. **Q**ui autem ali-
quid scribit pro precio, quantumcumque materia utilis sit:
ab hac libertate seclusi, festis diebus ab ope cessabunt:
quia lucris terrenis intentione deseruiunt: et ideo seruile
opus iudicatur: nisi forte alius interueniat (quod raro con-
tingit) respectus pietatis.

De differentia scriptorum et opusculorum nominibus. **Cap. xij.**

Scriptores duplici apud antiquos a pellatione
habebantur. Primi dicebantur antiquarii:
quod vetera tantummodo scriberent: nomen ab offi-
cio sumentes. Secundi a pellatione librarij:
qui et noua scribebant et vetera. Antiquarii cum scriberent
etiam antiquis libris utebantur: librarij autem nouis. Dicitur
autem librarij a libro, hoc est interiori cortice que ligno
coheret: quia ante usum carthe vel membrane: de libris
arborum volumina compaginata fiebant: sicut in vetustissi-
mis bibliothecis adhuc hodie reperiuntur quandoque vesti-
gia. **J**am pro instructione deuoti scriptoris liber diuersi-
tatem opusculorum aliquantulum describere: sicut a **R**aban-
no viro quondam peritissimo enarrantur: quia non erit fra-
tribus inutilis eorum noticia: ut sciant quemadmodum unum
quodque opusculum debeant appellare. Opusculorum ergo
tria sunt genera. Primum genus excerpta dicitur: quod
greci Scholia nuncupant: in quibus ea que videntur ob

scara. vel difficilia. summam ac breuiter perstringuntur.
Secundū genus **H**omelie sunt quas nos verbū appella-
mus: et pferuntur ad populū. **T**ercū genus **T**homi.
quos nos libros vel volumina nūcupam⁹. **H**omelie ad
vulgum sunt: thomi. id est libri maioris disputacōis.
Dialogos est collatio duorum: a dia et logos. quod est
duoz sermo. **T**ractatus est vnius rei multiplex exposi-
tio. **C**ōmentaria dicta sunt quasi cōmenta: sunt em inter-
pretacōnes: cōmenta iuris cōmenta euangelij. **A**polo-
geticos est liber excusacōis: in quo solent quidā accu-
santibus respondere. **P**anegiricos. id est laudatiuus: la-
cenciosum et lasciuū genus dicendi: in laudibus regū et
principū: in cuius composicōne hoies multis mendacijs
adulantur. **P**rologos est p̄fatio ante librū: vt prologus
beati **H**ieronymi in genesim. **P**robemion est incipiē di-
cendi uel operis: et sepe p̄ prefatione accipitur. **S**umpen-
rasina operis alicuius conclusio est: et nostro more tercie
declinacōis sicut dogma accipitur. **S**iblos. id est codex
multorum libroꝝ est: ut codex bible qui multos libros
continet. **L**iber est tractatus partialis per se diuisus uel
vnicus: vt vnus liber **A**ugustini de penitencia: vel quat-
tuor de doctrina christiana &c. **V**olumen liber est a vol-
uendo dictus: sicut volumina legis. volumina p̄phetarū.
Fastorum libri sunt in quibus reges et consules scribū-
tur. **F**olia autē libroꝝ ad similitudinē arborū appellata
sunt: quia ex corticibus earundē fiebant: vel quia ad mo-
dum folioꝝ in codice volitant. **V**ersus dicuntur a verten-
do: quia antiqui scribebant sicut aratur terra. **A** sinistra
enim ad dexterā stilum primo ducebant: deinde cōuerte-
bantur ab inferiori. et ad sinistram rursus scribebant.
Sceda scede. est quod emendatur adhuc. et necdum in
mundū redactum est: pro qua nos conceptiones quasi
impolitas materias dicimus. **I**nstrumenta autē scribe
sunt calamus et penna.